



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLIII. Venditio de casa vel area infra ciuitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

quod contra legem ipsum hominem calumniabat, & se exinde omni tempore tacitum esse spondit. Propter ea oportunum fuit ipsi, ut hanc notitiam ex hoc accipere deberet: quod ita & fecit, his praesentibus actum fuit.

XLIII. V E N D I T I O D E A R E A
vel de casa infra ciuitatem.

Magnifico fratri illi, ego enim ille. Constat me tibi vendisse, & ita vendidi, hoc est casam meam cum ipsa area, vbi posita est, infra ciuitatem vel burgum illum, in ratione illius, in loco illo, quem ego data mea pecunia de aliquo homine nomine illo comparaui. Habet ipsa casa in atriam et membra in gyro tanta, de lateribus vel frontibus case vel terrae illorum & illorum. Vnde accepi a te pretium in quod mihi bene complacuit, hoc

est tantum : quod pretium in manu
mea accepi , & ipsam casam vel areā
per hanc venditionem tibi tradidi
à die præsente perpetualiter ad pos-
sidendum . Ita ut ab hodierna die
quicquid exinde facere volueris li-
beram & firmissimam in omnibus
habeas potestatem faciendi , salvo
iure ipsius terræ .

X L I V . Q V I S E I N A L T E R I V S
potestate commendat .

Dominō magnifico illi , Ego
enīm ille . Dum & omnibus
habetur percognitum , qualiter ego
minimē habeo , vnde me pascere
vel vestire debeam , ideo petij pietati
vestræ , & mihi decreuit voluntas ,
vt me tam de victu quam de vesti-
mento , iuxta quod vobis seruire &
promereri potuero , adiuuare , vel
confolare debeas . Et dum ego in
caput aduixerō , ingenuili ordine ,

A a ij